



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Synapi, Papyrus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

vitulum in monte Libani; sic & quæ summos atque infimos homines.

Abies, Myrtus.

*P*ro saliunca ascendit abies, & pro urtica crebet myrtus. Il. 55. Hic prædictitur prædicatione Evangelii, & felicitas credentium. Abies teste Calepino vocatur etiam *arbor gallica* ob candorem. Candorem animi accepere Galli, quando Clodovæus cum suis Francis factus Christianus loco terti Bufonis pro insigni adoptavit lilyum candidum. Et horum tria designant primò puritatem cordis, sive castitatem. 2do. Candorem animi, sive sinceritatem. 3to. Religiosam ac inalterabilem pactorum conventionem observationem.

Synapi, Papyrus.

*E*Lucet mira Dei providentia in grano Sinapis, quod cum seminatum fuerit, minus est omnibus seminibus, que sunt in terra, & cum seminatum fuerit, ascendit, & fit majus omnibus oleribus, & facit ramos magnos. ita ut possint sub umbra ejus aves cali habitare. Marc. 4. Idem dicitur Matth. 13. Et ideo ei Christus comparat Evangelium, quod est in mundo *regnum celorum*, & ex parvo in quatuor orbis partes excrevit. Promittit etiam nobis Christus potestatem transferendi montes, si habuerimus fidem sicut *gratum sinapis*, hoc est humilem non exteriùs elatam, sed intus vivam acrem & servidam. Gratum sinapis etiam designat dictamina Evangelica,

406 *Pars secunda de elevatione
lica, qualia sunt portare Crucem post JESUM,
esse humilem, amare contemptum sui.* Hæc enim
sublimia pariunt merita, jungunt Angelis, & à
mundo ipso post mortem procurant honores.
Ut ejusmodi humilium & quasi pedibus ab aliis
in vita proculcatorum post mortem ossa ac se-
pulchra summi Reges venerentur. In ramis ta-
lium seminum volucres cæli sive animæ devote
semper habitant & quiescunt cogitationibus suis,

Elucet quoque mirabilis divina providentia
in condenda arbuscula, quæ Papyrus dicitur.
Gracilis est, altitudinis cubitorum decem, cre-
scit in Palustribus Ægypti, & ex ea conficiun-
tur naves juxta illud Is. 18. *Mittit* (Rex Æthi-
opæ) *in mare legatos, & in vasis papyri super
aquas.* Vasa hic vocantur naves è Papyro ac-
bore compactæ, ut moris est in Æthiopia & Æ-
gypto. In fiscella scirpea linita bitumine &
pice positus erat infantulus Moyses. Cum filia
Pharaonis in Nilo se lavans vidisset hanc fiscel-
lam in *Papyrione*, hoc est cymbâ ex papyro ar-
bore efformata. Exod. 2. Et in eâ deprehendis-
set parvulum vagientem, adoptavit eum sibi
in locum filii. Ibid. Sic per Deum exakandus
mirè è fauibus mortis eripitur, & à filia illius
Regis servatur, qui ipsum & omnes Ægyptios
postea tot cladibus affectatus erat. Ex eadem
Papyro arbore sive tenuiore ejus filura per folia
acu diducta teste Plinio Ægyptii quoque con-
ciebant chartam. Et hinc charta nostra, quæ
non ex arbore, sed linteis contusis conficitur,
propter similem tamen usum Papyrus vocatur.

VIII